





*DISSE*  
*RAT*  
*TIO IURIDICA*

DE  
**EFFECTV FORI CONCVRSVS**  
CREDITORVM VNIVERSALIS  
RATIONE BONORVM TERRITORII  
ALIENI.

QVAM  
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO  
DOMINO  
**CAROLO AVGVSTO**  
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, REL.

PRAESIDE  
**IO. AVGVSTO REICHARDT**

IUR. DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,  
CVRIAE PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO ORDI-  
NARIO, SYNDICO ACADEMIAE IENENSIS  
AD DIEM VIII. APRILIS CIOIOCCCLXXV.  
PALAM ERVDITORVM DISQUVISITIONI SVBMITTIT

*AVCTOR*  
**CHRISTIANVS AVGVSTVS THON**

LICHTENBERGA - ISENACENSIS.

*IENAE*  
EX OFFICINA STRAVSSII.

DISSEZATATO AURIDECA  
EHECTALORI CONCARSA  
CREDITORYUM AUNVERSAUS  
RATIONA BONORAUM TERRITON  
AULEGENIUS

GAY  
SETOZEPAUMEWGENECENSEMO  
DOMINO

GAROIO AUGASTO

GAROIO AUGASTO MUNTIN

GAROIO AUGASTO MUNTIN MUNTIN

SERENISSIMO ATQVE CLEMENTISSIMO  
D V C I A C D O M I N O  
D O M I N O  
C A R O L O A V G V S T O

D V C I SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGARIAE ET  
GVESTPHALIAE, LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONI MISNIAE,  
COMITI PRINCIPIS DIGNITATE HENNEBERGIAE, COMITI MARCAE  
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII CAET.

D V C I A C D O M I N O S V O  
L O N G E I N D V L G E N T I S S I M O

SECRENSSIMO VTOAE CLEMENTISSIMO  
DACL AC DOMINO  
DOMINO

CAROLO AGUSTO

DAG SUCOMAE LACCI CHIUSI MONTE, ANDREME ET  
CASTELVATE LANDGRAVO THURINGIA, MARCION MUNIE  
COMITI PRINCIPIS DINGNITATI HINNEBERGIE, COMITI MARCIE  
ET RAVENSBURGIE, DUCASSE VAENSESTUM, ETC.

DACL AC DOMINO SAO  
TONGE INDAGENTISSIMO

DUX SERENISSIME,  
DOMINE CLEMENTISSIME!

**R**OMINE tam augusto principium dissertationis exornare atque ad clementiam TVAM submisse accedere, licet reipublicae etiam litterariae graue praesidium TE venerentur omnes, vix equidem conor. Sed ardet reverentia pectus atque audacem spem excitat fauor, quo, TE scientias amplecti, constat, singularis. Enimuero sane, quem exteri nunc mirantur, natura fautrice, optimis auspiciis cultum florem augustae domus, eum TE diu iam nunc ad patriae salutem amplificandam reducem videre incolumem flagrat uno ore de felicissimis Principis sui fatis gratulans laeta subditorum cohortes. Vota faciunt, pro TE et pro vniuersa SERENISSIMA

RENISSIMA DOMO; et liceat, bis mea addere, SERENISSIME ATQUE INDVLGENTISSIME DVX! per longissimam annorum seriem vita conseruetur tam ad communem utilitatem salutaris, ad scientiarum florem stabilis, ad summam omnium voluptatem suauissima.

Haec animi submissi documenta si clementer accipias; si, quod Auo Patrique meis conigit, qui ex longo inde temporis spatio sub AVGUSTAE SAXONICAE DOMVS praesidio studioſiſſime suas ſe dicare vires potuſſe, laetantur; idem singularis TVA clementia quondam mihi indulgeat: felicissimum me, obteſſor, quae in hac patria Muſarum ſede partim bucusque animus baſiſt, et nunc firmabit in posterum, omnia ſub tam glorioſis auſpiciis conſerare ſummo studio laboraturum eſſe,

AVGVSTI TVI NOMINIS ATQUE  
SERENISSIMI

deuotissimus cultor et ſubditus  
CHRISTLANVS AVGVSTVS THON.



QVAM QVAM non eadem omnes aestimatione  
metiri solent operam collocatam in elabo-  
randis huiusmodi commentationibus, qui-  
bus de tempore in academia consumto ra-  
tionem reddere volunt; quippe quod in societatem gloriae,  
si quae inde efflorescat, tot plerumque aliorum se offerant  
manes atque maximam eius partem quasi suo iure sibi Praeses  
vindicet: tamen, neglectis his opinionibus, quia a longo  
inde tempore dissertationem in animo frequentaueram, ex  
multis, quae mihi suppeditata fuerant, argumentis, varia

A

ratione



ratione factum est, vt hoc de continentia cauissarum atque  
inde deducto foro vniuersali in concursu, vbi territorii di-  
uersitas concurrerit, quod impugnandum mihi sumerem,  
maxime idoneum esse videretur. Nimurum, cum patria sit  
in regione Franconica iuncta et fere septa terris immediatae  
imperii nobilitatis quamplurimis, cuiuscum Statibus perpe-  
tuae solent lites agi, si ad tenerae aetatis memoriam respi-  
cio, inde usque repetens, saepe numero, vt nunc etiam  
in curiis et tribunalibus sit alioquin, hac de caussa lites ortas  
videre me memini atque audire. Quid, quod nostra etiam  
memoria res tam communis est, concurrere nomina, vt homi-  
nes veterum philosophorum doctrinam scire videantur:  
*Hunc Tu pauperem putas, an Diis immortalibus similem,*  
*qui se fortuitis omnibus exuit?* vtque adeo frequentissimas  
hac de caussa quauis aetate dissensiones fore, nulli dubitemus.

En commendationem materiae: tractatio, qualiscun-  
que est, prodeat. Si qui enim errores irrepsierint, nam  
nihil humani a me alienum puto, si quid liberius dictum  
aut admixtum, quod ad rem illustrandam non pertineat, hoc,  
precor, inexpertae ac iuuenili, quae primitias offert, manui  
tribuatis

*Et veniam pro laude peto, laudatus abunde,  
Non fastiditus, si Tibi, lector, ero.*

§. I.

## §. I.

Nulli prorsus audiencia praebatur, qui causae continentiam diuidit et ex beneficii praerogativa, id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diuersos iudices voluerit ventilare; poena ex officio iudicis imminentem ei, qui contra hanc supplicauerit sanctionem atque alium super possessione alium super principali quaestione iudicem postulauerit. Statuit ita Imperator CONSTANTINVS a). Atque ex hac lege potissimum, accedente aliquorum magni nominis ICtorum opinione, quasi stabile quoddam et constans constatum est principium continentiae causarum, quo nimur causas, quarum vna pendet a cognitione alterius vel per eam saltem facilius redditur b), non diuidendas atque in eodem singulis iudicio tractandas esse, contendunt. Ex hoc principio, non quidem omni vtilitatis ratione destituto, fuerunt, qui iudicium in quo concursus alicuius creditorum summa et principalis causa agitur, reliquas omnes particulares ad se trahere et neglecta cuiusuis speciali et propria iurisdictione in eodem foro, quo principalis coepita est causa, terminandum esse concursum vniuersum putarent. Tam late inter alios rem dijudicarunt iAC. FRID. LVDOVICI c), SAM. STRYCK d), A. GAIL e), W. A. SCHOEPFF f) et quodammodo F. E. APVFENDORF g) Q. S. F. RIVINVYS b) I. G. SCHAVMBVRG i). Sed sunt etiam, qui rem aliter proponant. Et, vt ne videamus post vberiorem aliorum messem spicas colligere, praeter multa multorum brevia decisarum ut D. G. STRVBEN k), I. H.



BOEHMERI *l*), A. LEYSERI *m*), I. B. WERNHERI *n*) in primis nominandi sunt I. P. CARRACH *o*) et I. F. WAHL *p*). Specialem enim huius doctrinae parti, quam ad diuerstatem territorii restrinximus, tractationem hucusque datam ignoramus.

- a)* L. 10. C. de *Iudiciis* adde L. 2. C. Theod. eod. et L. 13. C. de R. V.
- b)* Ill. G. L. BOEHMERI *Ius canon.* §. 737.
- c)* Einleitung zum *Concurs Process.* Cap. I. §. 10. II.
- d)* *Vjus modernus* Lib. XI. T. II. disp. de *iure principis extra territorium et de foro principis et priuati communi etad LAVTERBACH* L. XI. T. 2.
- e)* lib. I. obs. 32. 57.
- f)* diss. de *Concurfu creditorum particulari*. Tub. 1753. §. 13. 14. 15.
- g)* *Obseru. iur. uniu.* T. I. O. 217.
- h)* *de except. dilat.* c. 18. n. 5. 6.
- i)* *praxis iudic.* I. 2. c. 8. sed notatus ille ab Ill. Praefide in ed. nos.
- d,* a. 1775. ibid. §. 3.
- k)* *in Rechtl. Bed.* P. I. n. 118.
- l)* *Consult. et Dec.* Tom. 2. P. I. R. 414.
- m)* *Spec.* 122. med. 7.
- n)* T. I. P. I. Obs. 305. in suppl. n. 50. 65.
- o)* diss. de *foro continentaliae causarum*. Halae 1750.
- p)* diss. de *iudice in concursu cred. competente*, Goett. 1750.

## §. II.

Romanorum ea iurisdictionis fuit conditio, ut, quod in alieno territorio, sub magistratu suo atque in foro *a*) causae proprio agendum esset propter fines moribus legibusue cuiilibet potestati et officio constitutos, id extra hos trahi atque

que alius decisioni tradi in iuris partibus non posset b) licet, si vterque litigantium consenserit, propagata iurisdictione idem prohibitum non fuerit c). Hinc intelligitur, quid sit, quod praecipiatur, requiri, ut competens sit magistratus, ad quem actio perferatur, competentem autem fieri propter rei domicilium, rem sitam, contractum aliquam iustam causam. Quo pertinere etiam sibi persuadent caussarum conexitatem, qua factum fuerit, ut caussa alienae iurisdictioni subordinata coniungenda saepius cum alia in huiusque foro tractanda esset atque adeo hoc nomine noua fori competentis species constitueretur. Omnis autem de caussis coniunctis duplex est quaestio: *vnum genus*, quod respicit generalitatem actionis aduersus plures personas aut res diuersas insti-tuendas; *alterum*, quod positum est in caussis proprie continentibus d), quae propter cognitionem iuris et facti coniunguntur, vel in iis, quorum una alteri praecaudatum facit. De vtroque singulatim dicendum est.

a) *forum enim magistribus*, qui ias dicerent, proprium, ad *judices datos* non transfertur.

b) 1. vlt. D. de *jurisdic.* Extra territoriorum ius dicens impune non paretur. 1. 2. C. de *Interdictis*. Praeses in eum, qui eiusdem provinciae non est, nec ex interdicto potest cognoscere. add. L. 6. C. unde vi.

c) 1. 1. et 2. D. de *indiciis*. Consenserit autem videntur, qui sciant, se non esse subiectos iurisdictioni eius et in eum consentiant. De 1. 18. D. de *jurisd. conf.* NOO DT de *Jurisdictione et Imp.* l. 11. c. 12. fin. et cap. 14.

d) *Continentia enim dicuntur Romanis*, quorum fines inter se confunduntur, ut vbi *vnum terminetur*, coemptum sit alterum. ERNESTI



*CL. Cic. h. voce.* Quare, vti sit in legibus, vox referenda solum est ad item de possessione et proprietate instituendam, licet ad omnes causas coniunctas, quarum species est, plerunque eam transferant interpres. vid. IAC. GODOFREDVS ad L. 2. de iudiciis Cod. Theod. et BACH, de causa coniunctis. §. III.

### §. III.

Superioris generis exempla exhibet tit. Dig. de quib.  
reb. ad eund. iud. catur a), rescriptum GORDIANVM b) et  
VLPIANVS c). Ad interpretationem modus ius dicendi anti-  
quus reuocandus est. Nam duplex fuisse iudicium constat;  
vnum praetoris aut magistratus; alterum iudicis pedanei.  
De hoc leges eas loqui, ex dicendi formulis infra notatis,  
quas cuiilibet iudici proprias Romani adhibuerunt d), copio-  
se et eleganter docuit I. A. BACH e). Atque etiam de eo  
exemplo, si vnius debiti plures debitores sub diuersis juris-  
dictiōnibus conueniendi sint, (quod forsitan cum nostra causa  
aliquam similitudinem haberet, vbi propter bona diuersi ter-  
ritoriī duplex debitoris persona videtur) nullam iure romano  
connexitatem, contrarium potius statui, arbitrantur P. VGE-  
TIVS f) et BACH g). Multo minus itaque statutam eam esse,  
existimo, vbi praeterea plura etiam debita diuersa et plures  
petitores sunt, quorum causas propter adfinitatem ex diuer-  
sis territoriis coniunctas fuisse volunt, cum de eo, quid iu-  
stum sit, si res diuersis territoriis subiectae petantur, nihil  
diserte legibus cautum sciamus. Haec de primo eo causa-  
rum coniunctarum genere, ex quo concursum diiudicare solent.

a) l. I.

- a) l. 1. b. r. eundem iudicem sumendum l. 2. cod. ad eundem mittantur.  
 b) l. 5. C. de arb. tut. Praeses eundem iudicem dare debet.  
 c) l. 8. §. 1. et 2. D. de lib. cauff. ad eundem iudicem mittendi erunt add.  
 l. 9. cod. et l. 23. conf. plena de hac re disputatio, quam habet  
 NOODT de Iurisd. I. 9.  
 d) l. 21. D. quod vi aut clam l. 47. fam. erc. c. 1. c. pro Flacc. c. 21.  
 Omnia erudite expofuit. NOODT. l. c. I. 13. in Opp. p. 109.  
 e) diff. de cauffis coniunctis. Lipsiae 1754.  
 f) in comment. ad Dig. Tom. I. L. XI. T. II. §. 3.  
 g) in diff. cit. §. X.

#### §. IV.

Summa autem totius doctrinae contineri videtur in l. 10.  
**C. de Iudiciis**, quae in capite dissertationis exstat. Loquitur lex, vii verba audiunt, de altero cauffarum coniunctarum genere, quas continentes adpellari diximus et quidem de cauffis possessionis et proprietatis in eodem iudicio tractandis. Quod vel ea propositione indicatur: id, quod in eodem iudicio poterat terminari; quo quod in iudicio possessionis coeptum, continuari in petitorio et finiri a) significatur. Et quamvis generalis lex esse in initio videatur, omnia tamen ad unam eam cauffam vere continentem in fine coguntur. Et sunt hic grauissimae rationes. De proprietate nullus melius iudicare potest, quam qui de possessione cognouit, qui quidem iam ex parte perspectam eam cauffam habere creditur, et *vbi acceptum semel iudicium, ibi finem accipere debet b)*. Caeterum salua est Romanorum constitutio, extra territorii fines cauffam nullam vocari potuisse, nisi quae speciali exce-

pta



pta esset iure. Iura autem singularia, quibus certae causae a communi iure eximuntur, latius extendere et ad alios casus transferre non conuenit.

a) vid. GAIL. lib. I. obs. 32. n. II. CIVIACIUS l. 2. obs. c. 35.

b) l. 30. D. de Iudiciis.

### §. V.

Quibus autem ex rationibus leges de connexitate non diuidenda latae sint, ex ipsis verbis atque animo passim elucente facile est intellectu. Etenim, ut evitetur absurditas, ne in quo unus iudex condemnat, alter absoluat, et contrariae sententiae ferantur in eadem causa, quia timor est, ne varie iudicetur, vt ne porro lites praeter necessitatem augentur aut in longius protrahantur tempus, quod denique in eo loco instruacio sufficiens et nota testimonia et verissima possint documenta praestari. Praeterea Constantini constitutio directa est ad praefectum vrbi. Enim vero ad amplificandam huius auctoritatem a) legem latam esse, quidam concipiunt; nec mirum, quia magnam huius praefectureae dignitatem fuisse aliae leges testantur b). Quid vero adductis rationibus in nostra controuersia efficiatur, infra disputandi occasio dabitur.

a) cuius etiam extra terminos nulla potestas fuit l. I. §. 3. in fin. Dig. de offic. praef. vrbi. conf. l. 3. cod.

b) Nouella 62. §. 2. l. 4. D. de offic. praef. vig.

### §. VI.

## §. VI.

Nunc, quod caput est, transferendo iure exposito cum rationibus suis ad nostram caussam, videamus an obtineri illud possit, ut concursus diuersi territorii coniungantur in iudicio generali. *Primum* ne iure quidem romano fieri idem potuisse videtur. Nimurum leges eas omnes de connexitatis genere, ad quod concursum referunt, ad iudicem pedaneum, cuius nulla potestas et forum fuit, pertinere diximus. Cum igitur ab hoc ad iurisdictionem magistratum concludi nequeat: connexitatis in concursu tanta vis esse non potest, ut nulla agenti auctoritatem tribuat, quae neque iure romano concessa inuenitur; sed potius secundum antiquas constitutiones quaelibet in territorio suo lites finienda sunt. Atque etiam si vel in certis caassis coniunctis iure romano incompetens magistratus ius dicere potuerit, hoc sane ad concursus nostri speciem, de qua nihil expresse cautum, trahi non posset.

## §. VII.

*Deinde* si quid etiam legibus romanis vel earum rationibus hac in re statuatur id ex singulari imperii romano germanici indole prius diiudicandum est. Populo namque romano sensim aliquis ab imperandi societate remotis, vna tandem Caesaris potestas fuit. Huic subiecta omnis magistratum ex auctoritate caesarea ius dicentium cohors. Omnes pendere a libera voluntate imperatorum. Hi continuare potestatem in quoslibet subditos immediatam atque amplificare.

B

Labi



Labi identidem ea post diuisionem, quae cum regno tandem omnis extincta est a). Nunc longe alia imperii imago. Status ad eam, annuentibus partim imperatoribus, euecti dignitatem eamque sanctis constitutionibus confirmatam, vt, quod imperatores possint in vniuerso, id his in territoriis atque analogam igitur maiestati sub eminenti superioritatis territorialis voce, liberam adeo et fere absolutam potestatem tribuant b). Et quoniam singuli territoriorum domini inter se nulla plerumque ratione, quam quae ducatur ab imperatore communi, coniuncti sunt, vide quid nunc post rerum statum tam inuersum vnuis ab altero, praesertim concurrente subditorum ratione, in quorum regimine nemo ipsis maior est, exigere posse; apparet, multo magis, qui romani iam fuerunt, hodie seruandos esse iurisdictionum fines, inter quos quilibet Imperii Status suam iuris dicundi potestatem proprio iure exerceat, iudices maiores et minores ordinet, processus rationem dirigat, cognoscat, iudicet, exsequatur.

a) Huc pertinet III. 10. STEPHANI PVTTERI progr. de *Instaurazione imperii Romani eiusque effectibus*. Goett. 1766. 1767.

b) Haec multis exposuit WAHL in disp. cit. §. IX. seqq. qui, uno hoc argumento totam rem defendi, egregie docet.

### §. VIII.

Et tamen plurimi, licet solis Romanorum legibus fundamenta nostra labefactari opinentur, iidem ipsi, quasi levitatem sentirent, eadem principia, vbi conturbauerit debitor,

tor, cuius bona partim in imperii ditionibus partim in regio-  
ne aliena sita sunt, adhibere non audent. Putant enim  
ultra territoriorum ius dicentis continentiam extendi non posse  
et verendum esse, ne elusoria foret sententia, quae bona ex-  
tranea concerneret aut confundi varias iurisdictiones a).  
At nonne iam animaduerteris, eadem quoque de territoriis  
statuum imperii dicenda esse, quae regnis et liberis inuicem  
rebus publicis comparari possunt, quae nisi requisitio et pro-  
missum mutuae benevolentiae accesserit, et iure perfecto  
nihil sibi inuicem condonant; et hic legum romanarum ra-  
tiones tam parum adhiberi posse, quam eas ibi admittendas  
censem?

a) SCHOEPFF diff. cit. *de concursu particulari* §. XIII. STRYCK V. M.  
tit. *de quib. reb. ad eundem iud. eatur* §. 16. A. GAIL. Lib. I. Obs. 4.

### §. IX.

Enimvero nunc, exposita summa ea mutatione, ratio-  
nes legum, quibus, vbi verba ipsa non adsunt, vtuntur,  
nonne eas tamquam fractas e naufragio tabulas, quae ad  
nouam formam exornari nequeunt, a nostrae aetatis rerum  
publicarum forma tam alienas videris, vt potius ab ea plane  
abhorreant? Quae enim sunt commoda, quae ex salutari ea  
dispositione, si ad diuersa territoria applicata fuerit, efflo-  
rescant? vbi est detrimentum, quod ea neglecta res publica  
capiat? At vero erit absurditas, ne in quo unus index  
condemnat, alter absoluat. Fac, varie iudicari. In con-  
cursu



cursu creditorum, qui in diuersis territoriis agitur, nihil inde absurdum eueniet. Nam de singularibus debitis propter singularia bona hic sententia fertur, illic propter alia de aliis. Similis eiusmodi concursus particularis est ei, qui in singularia quaedam bona mouetur, licet caeterum debitor soluendo sit. Non ex una causa agitur. Non de eadem re iudicatur. Alii creditores sunt, alia bona; unus debitor, cuius et ipsa persona duplex cogitari potest propter bona, quae in alieno territorio possidet, quorum causa aliis tenetur legibus, alio iure fruitur; quae quidem personae, quasi mortuus habeantur, sustinentur suo quaelibet in quocumque territorio curatore et contradicente. Quid igitur refert, de rebus diuersis diuersas sententias fieri? *Lites autem praeter necessitatem augentur et in longius protrahuntur tempus.* Nec hoc argumento propter territorii diuersitatem nobiscum pugnari potest. Idem manet praeterea litium numerus, quia iidem creditores agunt, in uno id fiat iudicio; an in diuersis. Quilibet superior, cuius non refert, quid alibi fiat, in sua prouincia unum habet processum concutus eumque breuiori saepius tempore finiendum, quam si tota cohors ad unum iudicem confluerit. Nec negligendum, quod additur, *praeter necessitatem id non admittendum esse;* necessariam autem aliis ex rationibus divisionem esse, infra fuisus demonstrare animus est. *Sed vero in eo iudicio nota testimonia et verissima possunt documenta praestari.* Illud profecto non video. Nec quid probat regula: *vbi coeptum sit iudicium,*

iii

*ibi idem finiendum esse.* Nam pluribus litibus constituitur concursus, quae in qualibet regione certa sua obiecta habent; omnia diuisa sunt. *Tandem*, qui, quae de praefectis iure romano forte statuuntur, ad Status imperii transferre velint, hi, indigni quidem qui responsum ferant, videant, quid ipsis dicatur a STRYCKIO a) et MEVIO b).

a) in V. M. ad tit. de Off. Pr. vrb. §. I. *Verum abstinentum erat hoc vili argumentationis genere in aestimanda principum eminentia; quibus cum, quod Imperatori ratione imperii licet, liceat respectu territorii, indigne cum Ministris pristinis conseruantur.*

b) P. I. Dec. CH. n. 3. et P. IV. D. CCXC. n. 7.

### §. X.

Quin contra demonstrare possemus, praecipuas eas rationes potius ad stabiliendam nostram sententiam pertinere atque contrarium inde prono alueo fluere. *Namque cum plerumque, uti territoria diuersa sunt, ita iurium quoque et eorum praesertim, quae de locandis creditoribus praecipiunt, diuersitas inueniatur a):* hac omnino separatione absurditas evitaretur, ne vel secundum diuersa ea iura in iisdem causis pronuntiandum sit, vel deterior et grauior fiat multorum creditorum conditio, qui concurrente potissimum, ut sit, singulari fauore, cum in foro rei sitae multum praferendi essent, hic in eadem cum aliis, qui minori iure gaudent, classe coniungantur b). Ita porro sine diuisione lites fortasse in longius tempus protraherentur. Nam conquirendis bo-

B 3

nis



nis alienis et processibus, atque infinitis, quae a iudicibus obiici solent *c*), impedimentis tollendis, multum sane temporis tereretur, quo, si vtriusque iudicis opera coniuncta, re inter pauciores disputata et decisa, libere ad executionem procedi et statim distribui posset, opus non fuisset. *Sic demique* commodius documenta praestantur. In plurimis iudiciis, qui immobilia sibi oppignorari cupiunt, adire debent iudicem rei sitae, nec nisi huius auctoritas accesserit, ad pignus respicitur. Hic igitur instrumentorum copiam dare potest, hic, quid de bonis, quorum caussa lis agitur, existimandum sit, ex libris ad hunc finem seruat<sup>s</sup> perspicit. Iudicem domicilii haec omnia fugiunt. Quare, vt, si plurima debitoris bona extra forum domicilii sint, in foro rei sitae concursus instituatur, monet etiam LEYSERVS *d*). En quantum leges romanae cum nostra sententia egregie conueniant atque conspirent! Cur his non inhaeramus?

*a)* Quod quidem argumentum potissimum virget s. E. A. PUFENDORFF  
T. I. obs. 217. med.

*b)* vid. A. LEYSER sp. 30. cor. 3.

*c)* quod fieri ipse fatetur a PUFENDORF T. I. obs. 217. extrema.

*d)* spec. 72. med. 6.

### §. XI.

Verum enim vero, si quid etiam praeterea ex iis, quae somniant iure romano statui, superesset non satis refutatum, idem tamen tolli, vbi ad nostram caussam respexeris, ut demonstretur in promptu sunt alia. Nimirum spectat lis nostra iura

iura illustrium et indagantur priuilegia Statibus inuicem ratione superioritatis et nexus cum subditis concessa. Concurrit salus reipublicae, quia maxime vniuersitiusque interest, subditos propter bona sub ipsius territorio sita in suo, quam in alieno territorio conueniri, vbi ad nouercam quasi mitte-rentur; magni, vt leges, quae in foro, cui quis subest, laetae sunt, sancte custodiantur, nec dimittantur caussae ad aliena iudicia, vbi saepius alia iura obseruantur. Atque igitur controversiam nostram publicam esse, quae decisionem ex principiis iuris romani non admittat, amplissime eluet. Nam nunc de fonte isto diiudicandarum caussarum publicarum inepto non modo disceptatur; sed ne quidem post GRIEBNERVM a), BRVNQYELLIVM b), KESTNERVM c), aliasque ea de re verba fiunt et iam diu, vt cum Ill. FVTERO d) loquamur, error ille agnitus est.

a) disp. de praeiudiciis principum imperii ex abusu, Iuris Iustiniane,  
Viteb. 1725.

b) progr. in pugna iuris germ. et rom. illud huic in primis in caussarum  
illustrium decisione praeferendum esse. 1735.

c) de defectu iuris in Germania probl. 2. 3. 4. add. CH. G. HOFFMANN  
de ratione interpretandi leges imp. Lips. 1704. WERLHOF de eod, arg.  
Helmst. 1688.

d) Institut. Iur. publ. §. 22.

### §. XII.

Sed sunt maiora. Qui enim aut quo pacto, quae facili negotio deprehenderis egregie in patriis legibus decisa, eadem ex iure peregrino, quod sensim in priuatorum scholis

pro



propullulans iisdem demum comprobatum est, vaga interpretatione argumentando elici et domesticis barbara, obscura distinctis, idoneis discordia sine necessitate poterunt anteponi? *Primum enim in Capitulationibus caesareis, vt ab his tamquam yniuersali et primo totius imperii formae fundamento initium ducamus, tam claris verbis res definita est, vt ampliori disputatione vix egeat.* Quod quidem ab antiquissimis inde temporibus monitum ad has legitur, illud insertum capitulationi perpetuae et recentioribus quibuscunque, nouissima etiam JOSEPHI II. inuenitur repertum, voluisse Electores et Status et consensisse Imperatores, *vt vnuquisque, qui sub vnius iurisdictione forum quoddam agnoscere deberet, ad alterius iurisdictionem nullo plane modo traheretur a).* Si quis autem soluendo non est, cuius bona in diuersis territoriis sita sunt, huic partim vnius, partim alterius forum agnoscendum fuisset, si de quibusuis bonis speciales orti essent processus b), Nunc vero, moto concursu, cur ad vnum forum omnia mittantur? Propter continentiam? At enim hanc omnem partim in genere partim ex hoc iudicio exulare, dictum est. Accedit iam, si quaeris, sancta Imperatoris promissio, *nullam plane rationem c) attendi, quam quis ad trahendas ex alieno territorio caussas forsan praetendant.* Et sunt plura adhuc opinionis praesidia aequa grauia,

a) Art. Cap. Nouiss. I. §. 8. *Wir wollen (weder den Reichsgerichten, noch sonst jemand, wer der auch sey), nicht gestatten, daß denen Städten in ihren territoriis in religion, politischen und Iustiz (Camerale und*

und Criminal) Sachen sub quocunque praetextu (wider die Reichsgesetze), wider den Friedensschluß oder aufgerichtete rechtmäßige und verbindliche pacta vor oder eingegriffen werde.


- b) conf. IO. LIMNAEI Ius publ. T. I. Lib. IV. c. VIII. n. 185. seq.  
 c) conf. IO. IAC. MOSER Capitul. Caroli VII. Tom. III. ad loc. cit. §. 2,

### §. XIII.

Sancitur deinde in Aurea Bulla, quod dicitur longaeius  
 vsu seruatum esse a), nullum regis Bohemiae subditum ad alienum iudicium extra regnum vocari posse et trahi, adeo,  
 vt in quacunque caussa contra illud priuilegium vocatus comparere non teneatur et nulla habeantur, quae contra eum ibi fuerint suscepta b). Idem porro Electoribus ecclesiasticis conceditur c) et extenditur ad seculares d). Hoc deinde sub nomine priuilegii de non euocando e) tam saepe in legibus imperii occurrit, vbi cum priuilegio de non appellando f) interdum coniunctum Statibus etiam imperii solet confirmari g). Ita in' Capitulatione Caesarea b) vnicuique sua reseruantur priuilegia de non appellando et euocando et, vt in prima instantia et coram ordinariis immediatis iudicibus tantum processus instituantur, tollendis omnibus, quae in contrarium ex quacunque ratione aut specie suscepta fuerint, statuitur. Quin imo in Pace Osnabrugensi i) singularium horum principum Statuumque iurium mentio fit et praecipue in iurisdictione territoriali, sigillatim cauetur, vt ne quis eos sub quocunque praetextu turbaret k).

C *Statutumque iurium mentio fit et praecipue in iurisdictione territoriali, sigillatim cauetur, vt ne quis eos sub quocunque praetextu turbaret k).*

a) V. LYN-



a) V. LYNCKER ad A. B. cap. II.

b) Cap. VIII. §. I.

c) Cap. XI. §. I. seq.

d) I. c. §. 5. *Eandem constitutionem ad Illustres, Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniae, Marchionem Brandenburgensem, Principes Electores seculares, sive laicos, haeredes, successores et subditos eorum plene extendi voluntus sub omnibus modis et conditionibus, ut prae fertur.*

e) Procedentibus enim temporibus sub eminentiori hac voce quibusdam concéssum illud est speciali indulgentiae titulo. Ita in primis duces Saxoniae illo gaudere inter omnes constat, et ad id potissimum prouocant in nostra caussa SCHILTER in Ex. 21. §. 13. n. a. et LEPSER spec. 122. med. 7.

f) Neque etiam huius nulla plane vis est, si ad proximum superiorem eiusmodi concursum pertinere dixeris. V. BACH. d. c. §. XX.

g) LYNCKER ad capitulat. art. 17.

h) Art. XVIII. §. 4. vid. MOSER, Capit. Carol. VII. T. III. ad Art. XVIII. §. 6.

i) Art. XIII. §. I.

k) *Quod enim olim priuilegiis de non euocando caueri solebat, hodie iuris vniuersi est, neminem mediatum in cauiss, seu personae, seu rei sitae in iuriu ad forum territoriale pertinente, caet. Ill. PÜTTER Inf. Iur. publ. §. 287.*

#### §. XIV.

Quod si quis igitur, quid sit priuilegium illud et quid sibi velint clarissima legum verba, cognoverit, idem ea huc pertinere amplius dubitare nequit. Qui enim concursum particularem ex alieno territorio ad suum forum tamquam generale trahere vellet, nonne idem cauiss euocaret? nonne illum,

illum, qui in speciali eo processu ratione certorum bonorum  
foro rei sitae subiectus est, contra ipsum legum imperialium  
tenorem extra territorium cum suis creditoribus traheret et  
bonis a)? Verum fortasse leges laudatas tam lato sensu non  
intelligendas et, vbi graues ad sint rationes, restringendas  
esse putas? At vero omnis euocatio omnino prohibita, atque  
adeo, vt ne sub vlo quidem praetextu lex circumscribatur,  
aperte sanctitur. Ne quis autem dubitet, an ad singulares  
illas caussas, quas praetendi solitas lex recidit, continentia  
caussarum referenda sit, et huic prae caeteris quasi singulare  
privilegium tribuat, recurrimus ad Capitulationem caesaream,  
quae alibi quidem tam nudis verbis mentem clausulae gene-  
ralis extendit et explicationem maxime idoneam etiam in hac  
re nobis offert b). Ac praesertim in locis prioribus quoque  
generali ea clausula continentiam potissimum excludi atque  
de hac in specie cogitatum fuisse, vt luculentissime perspicia-  
tur, vide, quae ad ea illustranda memoriae prodidit 10. IAC.  
MOSER c),

a) Sic, vt ad rem illustrandam exemplo vtamur, cum prorogatio  
Romanis omnino permitta fuerit (§. I.) nostra memoria, vbi  
iudex, cui ordinarie iurisdictio competet, cum eo, ad quem  
prorogatur, non sub eodem domino territoriali contineatur, proro-  
gari omnino sponte non posse defendant; Perill. HELLFELD  
in *Iurisprudencia forensi* §. 206. SCHILTER exerc. 6. §. 23. LYN-  
CKER Vol. I. R. 47. n. 56. quod tamen praeterea permitti, cum  
vslus iuris romani euocatione nulla impediatur, testis est experientia.  
Hinc si debitor communis in foro generali bonis cesserit et vene-  
rint sponte sua omnes creditores, hanc prorogationem iudices rei  
fitae



fitae non concedent, nec tradent bona ad massam alienam, sed potius, qui ex iis aliquid petierit, cogent, vt in ipsorum agat iudicio W A H L disp. cit. §. XXIV.

b) Art. XXI. §. 1. ibnen darinn von keinem Reichsgericht, neque sub praerextu continentiae caussarum, neque iudicij vniuersalij eingreissen zu lassen.

c) Capitulat. Caroli VII. T. II. ad Art. XVIII. §. 3. et 4. n. 2. Acta A. 1663. fq. Die mehrere Weltl. Fürsten verlangten, post verba: Vnter was Schein vnd Vorwand, zu addiren: Als continentalae causae vnd dergl. Die Geifl. vnd Conf. wollten nicht einstimmen. Iene erklärten sich: Man könnte sich an der GeneralClausul begnügen lassen. Salzburg meldete: hat bey dem Concluso zu verbleiben, außer da man es also richen wollte, post verba: Vnter was Schein vnd Vorwand etc. addatur: Als einer in Rechten nicht genügsamlich gegründeten continentalae causae. In dem Concordanz Proiect: Es wäre intuitu clausule generalis von diesem Monito zu abstrahieren.

### §. XV.

Quid autem? audio enim repugnantium voces; nonne a summis Imperii tribunalibus impetrari potest, vt, quem ipsa possent tractare processum concursus vniuersalem diuersarum iurisdictionum, vi commissionis tradant vni illius territorii domino, in quo debitor habitat, ita, vt facili negotio strictae legi detrahatur? Sed nocua moliris aue. Nam hoc ipso tela nobis suppeditantur, nostra acuuntur. Non profecto, quod supra iam attigimus, tam libera summis Imperii tribunalibus in mediatos, qui ordinariis subiecti sunt iudicibus, relicta potestas est. In ordinatione Camerali cauerit,

na

ne quis subditus trahatur a iuribus et iudicibus suis indigenis,  
 ita, ut quilibet audiatur in eo foro, ad quod immediate pertinet a), atque adeo propter causas, quae ad certi electoris aut principis forum pertinent b), in hoc ordinario suo iudicio litigatur. Idem promittitur in Capitul. Caesarea c) et confirmatur ipsa Pace Osnabrugensi d). Quod si igitur processus ex iudicio Statuum territorii ordinario ne quidem a summis illis iudicis nec propter ullam rationem legibus imperialibus expresse non statutam, auocari potest: multo minus profecto tanta erit potestas domini territorialis, Status aut immediate imperii nobilitatis, vbi iurisdictio certis dictionum finibus continetur, ut quae in alieno territorio proponenda sit causa, eam a foro ordinario ad suum iudicium detorqueat. Et potissimum, vt de caeteris largiamur, hoc obtinet in concursu creditorum, cuius fora diuersa sunt. Nam ne hic quidem villa praeter continentiam aliquam sicutam utilitatis species praetendi potest, si praetendatur, propter argumenta deduceta, quia speciali nostra lege nulla probatur e), negligendam. Sed, vt res ad commissiones redeat, cum ad ipsa Imperii tribunalia eiusmodi iudicia non pertineant, eadem aliis certe non possunt committere, quod expressis adeo legibus videatur confirmari f).

a) O. C. 1487. §. 14. 1495. tit. 25. Ein ieder soll sein Winterbane in seinen ordentl. Gerichten, Rechten und Oberkeiten bleiben lassen. R. I. Treu. et Col. 1512. Tit. III. §. 13. 14. et O. C. 1555. P. II. Tit. I. dass ein ieder in dens Gericht, darinnen er ohne Mittel gesessen und gebörig ist, fangenommen werde.



- b) O. C. 1555. P. II. Tit. V. §. fin. — — solcher Sachen halber, die in eines Churfürsten, Fürsten, oder Herrschaft Gericht ohn Mittel gebörig, bey demselben seinem ordentlichen Richter, laut der Ordnung bleiben,
- c) Art. XVIII. §. 3.
- d) Art. V. §. 96. *In aulico non minus, quam in Camerae imperialis iudicio priuilegia primae Instantiae, Aufregarum, iura et priuilegia de non appellando Sacris imperii illibata funo, caet.*
- e) PAVRMEISTER de iurisdictione lib. 2. cap. 4. n. 112. opinione magis interpretum, quam certa iuris ratione contra regulam, qua quemlibet coram suo iudice conueniri debere caueatur, a qua hic casus nesciit exceptus reperitur, caet.
- f) Cap. Caef. Art. XVI. §. 9. XVIII. §. 5. I. P. O. Art. V. §. 56. nec per mandata aut commissione aut auocatione aut quoniam alio modotur- bantur. add. Decretum ad Iudicium Imperii aulicum de a. 1596. de abusu commissionum tollendo et obseruatione accurata priuilegiorum primae instantiae; v. 1. c. ab VFFENBACH de Consilio Caef. imp. aulico Mant. II. pag. 79.

### §. XVI.

Non sane vltiori disquisitione opus esset, nisi quae quidam de iudicio vniuersali in concursu creditorum et de continentia argumentati sunt, adhuc ad nostram causam reuocare vellemus. Primum de iure Canonico, quoniam differtis esse non licet, paucis disputabimus. INNOCENTIVS IV. a) GREGORIVS IX. b) de uno, qui eundem super eodem negotio vel malitiose super pluribus personalibus actionibus per varias litteras coram diuersis iudicibus trahit, vt compellatur componere, condemnando: IDEM alio loco c) et INNO-

CENTIVS

CENTIVS III. d) de continentia iudicij de possessione et proprietate non dividenda, et confirmanda hac in causa sanctione Romanorum loquuntur. Nihil, ut patet, ad nostram causam pertinet et si pertineret, idem cum Romanorum constitutionibus, ad quas accedere videtur, datum subiret, rem tam aperte in iure publico, quod decreta pontificum non attendit, decisa e).

a) cap. 3. de Rescriptis in 6to.

b) cap. fin. X. de Rescriptis.

c) c. I. X. de causs. poss. et propri.

d) c. I. X. de sequestr. poss.

e) LAVTENSACK diff. de inepta ratione decidendi controuersias iuris publici ex legibus romanis et iure canonico. Erford.

### §. XVII.

Quid vero de Recessibus Imperii, quibus contra nos vntuntur? Verum est, eximi causa ab ordinario iudice; partes mediate subiectas litigantes de possessione iuris aut fundi, si bona non sint sub eodem domino, unus huic, alter illi eadem subesse contendat, pertinere ad iudicium camerae imperialis a). Sed finem huius loci omittunt; scilicet, lite ea de possessione finita, si alias de bonis illis quaestiones habent, remittendos esse ad ordinarium. Locus nobis adseritur, quam obest. In paragraphis quae sequuntur, de quo ingeniose tacent, ita: Caeterum praeter nominatas causas, omnes iuribus ordinariis indigenis atque in iudiciis, quibus

immediate



immediate subsint, iudicandos esse b). In aliis locis ex Ordinatione Camerali c) huc allatis nihil aliud, quam priora ad verba repetuntur et confirmantur; vniuersali arguento nihil inseruiunt. Alio loco d) duo immediati, quorum suos quilibet Austraegas habeat, si de certo iudice non conuenire possint, in causa eadem et continentii simul ad cameram vocantur, item e), si immediati cum mediatis tamquam rei vere diuersi conueniantur, causa diuidi nequeat. Longe sane differt, vbi diuersae res et quaelibet suo domino immediate subiectae sunt, de quibus generales legum constitutio-nes nimis clarae sunt, quam quae speciali et aliena aliqua exceptione tollantur. Nam cum, ut supra multis demon-stratum est, omnia Camerae in mediatos iurisdictionem ad no-minatos quosdam casus restricta esset et de contraria, quae tamen ratione continentiae et connexitatis in Camera solec defendi f), obseruantia saepenumero Ordinum Imperii grauamina orirentur; tandem re saepius ad accuratam disquisitionem dilata, in Rec. cit. nullas alias continentiae causas adprobarunt, quam de quibus nunc disputatum est, quo ipso, ut mihi quidem videtur, reliquas proscribendas, vel, quae neque iure communi satis nituntur, nulla attentione dignas declararunt; aut certe vltiori disquisitioni refer-uarunt g).

a) Rec. Imp. d. a. 1512. P. I. T. III, §. 12.

b) I. c. §. 13. 14.

c) Ord. Cam. d. a. 1521. tit. 32. et O. C. d. a. 1555. P. II. tit. 21.

d) R. I. d. a. 1600. §. 23.

e) I. c.

\* I. c. §. 24.

¶ v. III. 10. STEPH. PUTTER in *Epit. Processus imp.* §. 193. 194. et  
10. CHR. BOCKEN *lelio Blubiana Iur. Cam.* Tit. 40. et prae-  
num. 4. eod. num. 8. *extremo*. Nec quidem satis patet ratio illa ge-  
neralis, propter quam continentiam contra omnia priuilegia admit-  
tendam ex hoc Recestu et arg. C. O. C. Part. III. Tit. 54. putat 10.  
VLR. L. B. de CRAMER de Proc. Imp. §. 1014. not. et conf. Eiusd. Ob-  
seruat. 798. in T. III. p. 70. Sed continentiam istam omnem, si  
obseruantiam in genere firmatam dare vellemus, id tamen requiri-  
re, ut actio diuersae iurisdictionis res concernens sit generalis, non igitur  
sufficere ad audeundam Cameram ex capite continentiae, si quis  
plures res simul vindicare velit, monet FRID. GVIL. TAFINGER  
in *Select. Iuris Cameralis* Obs. XI. conf. 1. B. WERNHER T. I. P. I.  
Obs. 305. in suppl. n. 48. BEN. CAREZOV. L. II. Resp. XVIII. Hinc  
quoniam haec in concurso creditorum a nobis definita abesse demon-  
strauiimus et ne quidem unus tantum plures res simul petit, sed  
plures adeo concurrunt diuersis petitionibus, et denique vera con-  
nexitas in iure fundata hic non adsit; cum, quae contra legem in-  
troducuntur, aristissimae sint interpretationis facile acquiescere  
possimus. Conf. etiam STRUBEN in R. B. T. II. n. 24. p. 113.

g) R. I. de a. 1600. §. 140.

### §. XVIII.

Nec ordinatione Iudicij imperii aulici a) statuitur, qua-  
lescumque caussas connexas pertinere ad summa imperii tri-  
bunalia sed tantum, si quae forte caussae propter connexita-  
tem aliamue rationem ad iudicia imperii pertineant, earum  
expeditio Consilio aulico conceditur. Noua igitur aut uni-  
versalis iurisdictionis propter connexitatem non introducitur,

D

sed



sed tantum, quatenus ea, vti recessibus adductis, in genere fundata est, eatenus eadem hic Consilio aulico speciatim confirmatur. Si enim nos remouere volumus continentiam, vbi nec conductit, nec quadrat, omnem tamen, eius vim hoc ipso non negamus. Hinc etiam quod allegat w.a. SCHOPFF) ex i. c. ab VFFENBACH c) in formula supplicae ex continentaliae caussa ad Iudicium aulicum dandae, id nobis in hac te singulari ad imitationem dictum non videtur.

- a) Reich-Hofraths. Ordnung tit. 2. §. 1. In unserm Reichshofratb sol-  
len — alle und iede Parthey Sachen, die Rechts, Gewohnheit, Con-  
nexitaet und Consequenz halber für unser kayserl. Gericht gebören —  
fundiri und gelörig seyn.
- b) in diff. cit. de concursu Particulari §. 14.
- c) de Consil. Imp. aulico. cap. X. n. 14. p. 106.

### §. XIX.

Rationem fori vniuersalis alii in eo querunt, quod debitor bonis cedens nihil amplius habeat, adeundum igitur esse forum generale colligunt a). Argumentum praeterea forte grauissimum ad nostram caussam si retuleris, eualescer. Etenim debitoris cessione non omnia putarem transferri ad forum domicilii, cum hoc, si creditores etiam nutum sequantur, esset species prorogationis illicitae, de qua supra dictum est. Sed potius, vti rem mihi cogito, simulac certum est, bona non sufficere et creditorum incertis postulationibus feruari, hoc ipso ea quasi derelicta, instar  $\alpha\delta\epsilon\pi\sigma\tau\omega$ , cadunt quaevis in curam et administrationem cuiuslibet domini

mini territorii, sub quo sita sunt, vsque dum, quis eorum dominus fiat, certum sit. Eandem igitur ob caussam, quia debitor nihil amplius habet, eundum est, vbi bona ipsius certe deprehenduntur. Dominus territorii, quae in sua re-gione habet, ad alienum iudicium nulla dabit. Ergo hic specialis concursus instituendus est, ad quem exterum forum nullum adspirare potest. Nisi quidem pactis aut praescriptio-ne, quibus eiusmodi iura, aut, quod alii volunt, seruitutes constitui vtrinque possunt, contrarium obtineat, quale exemplum habet *voetiūs b)*. Caeteroquin autem titulo eiusmodi speciali deficiente salua stabit thesis nostra et firmissima. Ita manet forum rei sitae, creditoribus c), qui iam inter Scyllam fluctuant et Charybdim, fortasse, cum alibi nil acceperint, hic consultur, atque omnia iusto suo ordine, secundum veram rerum naturam et indolem, quae in diuisis separationem vrget, rite tractantur. Haec haec tenus de iis, quae legibus sanciuntur,

a) Perill. *HELLFELD in iurispr. for.* §. 1814.

b) *Comment. ad Dig. L. XX. Tit. IV. §. 12.* qui secundum rigorem iuris caeterum rem nobiscum explicat.

c) etiam debiti personalis, si vigilantes forum arresto fundauerint.

*V. HOMBERGK ZV VACH in progr. de iustitia arresti a iudice rei sitae contra forensem decreti.*

### §. XX.

Cum autem in caassis eiusmodi publicis id plerumque inueniatur, vt magnum sit inter theoriam et praxin discri-

D 2

men



men: de iis, quae experientia docemur, breuibus differere non inutile fore opinor. In summis Imperii tribunalibus, ex quo continentiae et connexitatis post MYNSINGERVM aliosque tam ampla viis introducta est, concursus etiam creditorum forum statuant vniuersale omnesque alieni territorii processus ad iudicium principale pertinere pronunciant; licet irrito effe&tū id fieri plerumque soleat. Sic in causa *des von Egloffstein* Equitis Franci *OrtsGebürg* regimen Brandenburgicum Baruthi; in Concurso Equitis *de Menzingen* ex ordine equestri Suelico *Orts Creichgau*, regimen porussicum Mindae, et regimen Brandenburgicum Onolsbachii, contra rescripta imperialia, tum protestatione et amplissima deducione iura sua tuita sunt, tum in iusto ordine concursus vendendo et distribuendo perrexerunt.

In concursu Frid. Gottl. *Marechalli ab Ostheim* circa annos 1763. et 1764. cum redditus feudales et censitici ex territorio Meiningensi ut ad concursum ab Ordine equestri motum tamquam forum generale domicili, quia Walldorf, loco ad Cantonem *Rhoen und Werra* pertinente, habitauerat, mitterentur, conclusum esset: interueniente vniuersa domo Saxonica magno volumine iura contra summa tribunalia in hac re deduxerunt.

Immo vero cum apud Ordinem equestrem Franconicum *Orts Rhoen und Werra* creditores concurrerent ad bona consiliarii intimi Equitis *de Speshardt* Vnslebiensis; multi iisque ipsi

ipſi nobiles in domum Oeptican, quam debitor Osthemii, vrbe ad praefecturam Lichtenbergensem pertinente, poſſidebat, ibidem Arresta impetrarunt; et nulla ratione habita fori vniuersalis, quod postulare voluit, vt pecunia ad maſſam mitteretur, cum totius concursus expeditio ipſi commissa fit, re a Regimine Ducali Isenacenſi deciſa domoque vendita, nomina ſoluta ſunt.

§. XXI.

Longe aliter plurima, quantum ſcimus dicasteria ſentient; et meliori ſuccesu, cum alias plerumque, etiamſi ſuperiorem adire velis, ſententiae non attendantur et lites tantum fruſtra in longius tempus protrahantur. Quod accidit tribunali cellensi in cauſa Bülowiſcher Creditorum a) et in cauſa Iudei Sūſſii iudicium concursus Stutgardienſe remiſſionem bonorum et creditorum fruſtra petiſſe, refert WAHL b). Hinc Regimen Hannoueranum Regimiini Cel-lensi, quod in concurſu de bonis Dietrich Friesens im Amte Sieck moto, den im Amte Diepoltz belegenen dem Churfürſt zu Lehn gebenden Bann vnd Fleiſchgebenden nebst dem Schultenhoff daselbst, ad maſſam ſuam trahere forumque vniuersale vrgere voluit, praeuii decretis ad Consiliarium Camerae electoralem Curdt von Platen, Gehlen dictum, qui bona ea feudalia antichretice poſſidebat, miſſis, vt ne alio loco ageret, quam in iudicio electorali, d. Febr. 4. a. 1696.

D 3

repon-



respondit: Quamvis in summis imperii tribunalibus debitores interdum concursus vniuersales mouerint, tamen, vbi debtor conturbasset in territorio aliquo, huius bona extra-nea ad forum generale domicilii mittenda esse, nullis posse legibus confirmari. Hinc etiam, si debtor communis in vicinis Hildesheimensibus aut Guelpherbytanis bona haberet, nunquam ea ad forum vniuersale trahi, sed creditores dimitti ad magistratus fori rei sitae. Sic Halenses in causa aesti Gerae impetrati, quam remitti voluerunt ad concursum vniuersalem Adriani *de Fleischer* in Saxoniae praefectura Pegauensi motum, remissionem denegarunt, cum doctrina de foro vniuersali cesseret, vbi fundum in alieno territorio situm sit. Sententiam firmarunt auctoritate *VOETIIC* et *KOENIGII d.* Ita Comes Ruthenorum Henricus XXV. iun. a. 1747. in dem Amt Schleiz von einer dabin zu Lehn gebenden und verkaufsten Wiese bezahlte und deponirte Kaufgelder und deren Verabfolgung zu dem unter chursächsischer Hobeit gelegenen freyberl. Amt Mütroff anhängigen Concurs betreffend, forum vniuersale tantum de bonis eiusdem territorii intelligendum, nec aliam vicinorum obseruantiam esse, hinc supplicam non attendi significavit.

Sic Goettingense in concursu creditorum Lud. Heinr. Neubuhrs Hamburgi modo, licet Altonae concursus principalis institutus fuerit, hanc doctrinam ad bona alienae iurisdictionis non pertinere, pronunciarunt mensl. Sept. 1757.  
Ita,

Ita, ut, quod neque iure romano neque legibus hodiernis  
debilitari potest aut frangi, contra debitorem communem,  
si quis sub diuersa iurisdictione bona habuerit, vbi iudex  
requisitioni parere nolit, agendum esse concursu in quoquis  
territorio speciali e), theorema inde erumpat, succrescat, sta-  
biliatur certissimum atque argumentis suffultum corroboro-  
ratissimis.

a) F. E. A PYFENDORFF T. I. Obs. 217. p. 547.

b) in diff. cit. de iud. in concursu cred. competente. §is vlt.

c) comment. ad tit. D. qui pot. in pign. §. 12.

d) de foro concursus militis obaerati cap. 2. §. II.

e) nec solum in concursu particulari, quod LYNNER in decis. 917.  
nec potest tantum, quod BOEHMER in Tom. II. P. I. Resp. 414.  
t. 2. n. 14. sed debet etiam continentia illa tot rationibus diuisa  
separari.



PRAE-

PRAENOBILISSIMO  
HVIVS LIBELLI AVCTORI

S. D. P.

PRAESES.

**E**quidem saepe, ut Secundus Rufum suum **TE** hor-tatus sum, *effingeres aliquid et excuderes*. Tanti vero **TIBI** non videbaris, quanti mihi aliisque. Tandem ex nostra Musarum sede abitum parans hunc libellum inopinanti obtulisti qui iudicem tantum illius sed et comitem certaminis ea de re ineundi me esse voluisti. Integrum **TIBI** reddidi, lima haud admota, neque enim aliquid addere temporis angustia permisit, neque, quo pars aliqua libelli meo mihi iure vindicari possit, ansam praebere volui. Ad laetitiam autem quod attinet, maxima eius pars ad me peruenit eaque perfusus auo **TVO** reuerendo patrique optimo, fautoribus meis aestumatissimis, de optimae spei filio ex animo gratulor. Caeterum vale mihi que fauere perge.

Scribebam Ienae d. viii. April. ccccclxxv.

MON.

# MONSIEVR,

Vous me permettrés l'honneur de Vous feliciter des applaudissements, que Vous recevrés bientôt pour la solide défension de Votre sc̄avante dissertation. Je m'estime extraordinairement heureux, d'être de Vos Oppofans et de pouvoir contribuer de cette manière quelque chose à la victoire, que Vous remporterés infailliblement dans cet aſte ſolemnel, et que Vous devés regarder, comme la plus petite récompense de l'affiduité, avec laquelle Vous Vous êtes appliqué aux études, car l'erudition, que Vous avés acquife, ne laifſera pas de Vous ouvrir le chemin aux plus grandes dignités. Pour ce qui eſt de reſte je Vous prie, de vouloir bien recevoir mes actions de grâces de l'honneur dont Vous m'avés honoré, et d'être persuadé, que je ſuis avec la plus grande ſincérité

Votre

très-obéissant Serviteur

JEAN JACQVES LANGE

du paſs de MequelbourgSuerin.

à Iene

ce 6. d'Avril 1775.

VIRO PRAENOBILISSIMO  
AVCTORI ERVDITISSIMO,  
AMICO SVO SVAVISSIMO  
C. L. SCHMALZ, FRANCVS, OPPONENS.

**A**nimus profecto non eſt, vt ſchedula hacce laudibus **TUS** aliquid addam, quarum tantus cumulus eſſe videtur, vt nihil accedere poſſit. Qui enim ego auguſtiorem reddere poſſem gloriam **TUAM**, quae ſum-morum Virorum **TUI** adprobatione, imo amore nititur? Sincerum ſolummodo meum erga **TUE** amorem teſtari ſufficiat, quo ex primo mo-

E

mento

mento, quo te videre contigit, omne pectus perfusum sentire adhuc mihi videor. Qui quantum roboris ex morum TROVM elegantia atque urbanitate, ingenii dignitate consuetudinisque gratiis acceperit, acri doctus dolore experiar, quo ego omnis TVI iactura dilacerabor. At inter mutuos amplexus melius amicitia fortunae aperitatem lugere solet. Atqui Vale, et si meritorum larga aliquando in te redundabit missis, mei, amicitia TVA non adeo indigni, haud immemor esto. Dabam.

Ienae die v. April. CIOCCCLXXV,

## MONSIEVR,

fasc. 2Comme je prens la plus vive part aux progrès que Vous faites dans les études, représentez-Vous la joie que me cause une si belle occasion de pouvoir applaudir publiquement Votre grand mérite. Rien n'en approche, Monsieur, d'autant plus que j'ai attendu cette occasion avec la dernière impatience. N'allez pas prendre ceci pour un Compliment, car l'amitié, dont Vous m'honorez, et dont je ferai toujours gloire, ne me permet pas la moindre dissimulation. Ainsi, après Vous avoir convaincu des Sentimens les plus sincères, que j'ai pour Vous, agréez que je Vous félicite sur Votre savante dissertation, et sur la victoire, que Vous remporterez aujourd'hui à coup sûr. Mais en vérité, je ne saurois exprimer tous les voeux ardens, que je fais pour Vous. Enfin foyez persuadé, s'il Vous plaît, que j'admire Votre profonde érudition avec toute la considération imaginable. Au reste, Monsieur, continuez, je Vous en conjure, de m'honorer de Votre amitié, et croyez que rien au monde ne sera capable de diminuer l'estime distinguée, avec laquelle j'ai l'honneur d'être

## MONSIEVR,

Votre très humble Serviteur et ami  
H. C. A. DE SCHOENFELS.  
ce 8. Avril 1775.

Jena, Diss., 1775-77

ULB Halle  
004 216 229

3



1078



**Farbkarte #13**



B.I.G.

DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> I<sup>V</sup>RIDICA

DE

**EFFECTV FORI CONCVRSVS  
CREDITORVM VNIVERSALIS  
RATIONE BONORVM TERRITORII  
ALIENI.**

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

D O M I N O

**C A R O L O A V G V S T O**

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM  
ANGARIAE ET GVESTPHALIAE, REL.

P R A E S I D E

**IO. A V G V S T O R E I C H A R D T**

IVR. DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO,  
CVRIAE PROVINCIALIS SAXONICAE ADVOCATO ORDI-  
NARIO, SYNDICO ACADEMIAE IENENSIS

AD DEEM VIII. APRILIS CCCCCLXXV.

PALAM ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A V C T O R

**CHRISTIANVS A V G V S T V S T H O N**

LICHTENBERGA - ISENACENSIS.

I E N A E

EX OFFICINA STRAVSSIL.